



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historiæ Augustæ Scriptores VI

Ælius Spartianus. Vulc. Gallicanus. Julius Capitolinus. Trebell. Pollio. Ælius
Lampridius. Flavius Vopiscus

Spartianus, Aelius

Lugduni Batavorum, 1671

Trebellii Pollionis Valerianus Pater Et Filius.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51232)

TREBELLII POLLIONIS
VALERIANUS PATER
ET
FILIIUS.

² Valerianus imperator, nobilis genere, patre Valerio, censor antea, & per dignitatum omnes gradus
suis

CASAUBONUS.

TREBELLII POLLIONIS.] Robertum de Porta non audio, qui librum hunc & sequentes aliquot à Pollione abjudicat, tribuitque Julio Capitolino. ego non dubito de librorum vulgatorum hac in parte fide. Scribit Vopiscus in Aureliano Trebellium Pollionem à duobus Philippis usque ad divum Claudium & ejus fratrem Quintillum imperatores tam claros quam obscuros memoriae prodidisse. Ejus operis pars desideratur hodie, pars adhuc superat. Vide quæ sumus dicturi ad librum de XXX. tyrannis. Scripsit Diocleriano imperante, Constantino Cæsari unice deditus, ut apparet ex multis locis.

SALMASIUS.

TREBELLII POLLIONIS.] Membranz Palatinæ & prima editio non Trebellio Pollioni, sed Julio Capitolino, & hunc librum & sequentes tribuunt; sic enim habet Palatinus: MAXIMVS SIVE PVRILIVS ET BALEIVS IVLI CAPITOLINI EXPLICIT. INCIPIT EIVSDEM VALERIANI DVO. quo minus mirum esse debet de Roberto à Porta, qui Capitolino quoque adjudicavit; nam fidem suorum librorum secutus est. sed quin sit Trebellio assignandus, minime posse dubitari puto. qui enim in unum corpus collegerant hanc historiam Augustam, eam totam ex quatuor istis scriptoribus confecerunt, Spar-

tiano, Capitolino, Trebellio Pollione, & Vopisco. Spartianus ab Adriano usque ad Maximinos historiam deduxerat. Capitolinus autem à Maximinis initium duxit, & usque ad Philippos perduxit, quem ut continuaret Trebellius à Philippis incepit, & in Claudium & ejus fratrem Quintillum desit: atque hinc exorsus Vopiscus, non ultra Carinum perrexit. qui vero factum sit, ut qui Philippos, & qui Philippum sunt sequuti imperatores, usque ad Valerianum amiserimus, nescio; nisi verum illud est quod suspicor, omnes horum auctorum codices, qui nunc habentur, ex uno unicoque codice tota illa parte mutilato laceroque, fuisse descriptos: quod & in multis aliis libris factum esse observavi. cujus meæ sententiæ non parum validum est argumentum, quod & antiqui manu exarati libri, & princeps editio, ex abrupto vitæ hujus initium ab epistola Belsoli sumunt: Sapor rex regum Velsolus. atque hinc apparet capite truncum esse hunc de Valerianis libellum: idque pluribus paulo post ostendemus. non mirum igitur, si librarii scribæ, cum nescirent ex titulo, hujus libelli auctorem, eidem illi auctori adscripserunt, cui adscriptum videbant proxime præcedentem, hoc est Julio Capitolino.

CASAUBONUS.

² Valerianus imperator, nobilis genere, patre

patre Valerio, c.] In regio codice alteroque Puteaneorum, & principum hoc aliter habet, & totius libri alia longe facies. nam & hic non pari quidem, sed tamen non dissimili licentia grassati sunt veteres sive librarii sive critici, atque supra in vita Marci. de quo ut melius lectori constaret, visum est totum librum infra describere, quomodo eum duo illa antiqua exemplaria exhibent. Etsi enim vulgatae editiones hac in parte bene habent, sinceræque sunt; scripta exemplaria è contrario perversa, alienis aucta, & multifariam corrupta: putavimus tamen esse faciendum, ut quantum imperiti homines in concinnandis bonorum auctorum scriptis, atque adeo pro libidine sua torquendis, sibi juris usurparint, hoc exemplo bonarum literarum studiosos admoneremus. Porro de Valeriano hoc quem tantopere hoc libro auctor laudat, aliud longe pronuntiat Victor alter: cujus ideo verba adscripsi. *Licinius Valerianus cognomento Colobius, imperavit annos quindecim: parentibus ortus splendidissimis, stolidus tamen, & multum iners, neque ad usum aliquem publici officii consilio seu gestis accommodatus.* Sane & Dionysius episcopus Alexandrinis in epistola ad Hermammone[m] scribit, Valerianum τῆ βασιλείᾳ ὠρῶν τὴν ἀξίαν ἐπιμαρτυροῦν: quod prorsus ista Victoris confirmant.

SALMASIUS.

2 *Valerianus imperator nobilis genere.*] Verissimum est quod supra dicebamus, mutilationi codicis cujusdam antiqui & unici, debere nos acceptum referre, quod Philipporum, & sequentium imperatorum vitas, & horum Valerianorum vitæ initium desideramus. à quo codice qui propagati sunt omnes istorum scriptorum codices, non integriores esse potuerunt archetypo suo. sæpenumero enim accidisse scimus, ut unum ali-quod exemplar alicujus auctoris, quodque unicum tunc extaret, om-

nia disseminarit, quotquot ad nos pervenerunt, ejus auctoris exemplaria, quæque in bibliothecis nunc asservantur. si quis autem ista verba quæ initio hujus libelli habentur, gemina germana putat auctoris esse, nã is multum fallitur. nam, ut jam ante diximus, omnes scripti, & antiquitus excusi libri quos vidimus ita hanc vitam incipiunt: *Sapov rex regum, & solus.* & longo alio ordine contextuque totum librum per scriptum habent quam vulgo habetur. certum est igitur correctores, & de suo multa donavisse huic libro, & totius contextus ordinem mutavisse ut aliquo modo sanior integriorque apparet. qua utinam opera abstinuissent. nos ea facile carere potuissemus. quam absurde vero hoc fecerint, & imperite, ut magis eluceat, consideret mihi lector non ineptus, quale sit, si hunc ordinem sequamur, quem nobis boni viri prescripserunt, hujus vitæ futurum initium, & quam aptum & conveniens. mira enim prorsus & nova brevitate, tribus verbis dictis de ejus honoribus statim ad imperium transcendunt, & vitam per LXX. annos laudabiliter actam tribus lineis absolutam concluderunt. sed verba illa, *cujus per annos LXX. vita laudabilis in eam conscenderat gloriam, ad finem rejicienda sunt, ad stipulantibus libris omnibus hoc modo: hæc sunt digna cognitu de Valeriano, cujus per annos LXX. vita laudabilis in eam conscenderat gloriam, ut per honores & magistratus imperator fieret.* quibus verbis concluderat auctor hoc suum de Valeriano volumen, adjectis ad finem senatusconsultis de ejus censura, ut de illo viro judicia amplissimi ordinis qualia fuerint, notum esset. de ejus vero imperio nullum in toto libello verbum est, nec quomodo ad imperium venerit, nec quomodo gesserit. quod satis arguit non solum principio mutilatam, sed vix dimidiatam relictam hanc esse vitam. positus igitur senatusconsultis, sic finem facit: *poteram multa & alia senatus-*

senatusconsulta & judicia principum de Valeriano proferre, nisi ea vobis plerisque nota sunt, ut pudeat alius virum extolere qui fatali quadam necessitate superatus est. nunc ad Valerianum revertar. sed ut melius perspicui possit quam licentiose grassati sint correctores in hoc libello interpolando, placet fragmentum ipsum subicere, quomodo plane scriptum extat in antiquo exemplari Palatino.

FRAGMENTA VITÆ VALERIANORVM. Sapor rex regum, vel solus. si scirem posse aliquando Romanos penitus vinci, gauderem tibi de victoria, quam praefers. sed quia, vel fato. vel virtute gens illa plurimum potest, vide ne quod senem imperatorum cepisti, & id quidem fraude, male tibi cedat posterisque tuis. Cogita quantas gentes Romani ex hostibus suas fecerint, à quibus saepe victi sunt. Audivimus certe quod Galli eos vicerint, & ingentem civitatem illam incendunt. Certe Galli Romanis serviunt. Quid Afri? eos nemo vicerunt? Certe serviunt Romanis. De longioribus exemplis, & fortasse interioribus nihil dico. Mithridates Ponticus totam Asiam tenuit: certe victus est: certe Asia Romanorum est. si meum consilium requiris, utere occasione pacis, & Valerianum suis redde. ego gratulor felicitati tuae, si tamen illa uti scias. Velenus rex Cadusiorum sic scripsit: Remissa mihi auxilia integra & incolumia gratanter accepi. sed captum Valerianum principem principum non satis gratulor: magis gratularer, si reddetur. Romani enim graviores tunc sunt, quando vincuntur. Age igitur ut prudentem decet: nec forma te inflammes, qua multos decepit. Valeria-

nus & filium imperatorem habet, & nepotem Casarem: & quid? habet & omnem orbem Romanum, qui contra te totus insurget. Redde igitur Valerianum, & fac cum Romanis pacem, nobis etiam ob gentes Ponticas futuram. Artabastes rex Armenorum talem ad Saporem epistolam misit: In partem gloria venio: sed vereor ne non tam viceris quam bella severis. Valerianum & filius repetet, & nepos, & duces Romani, & omnis Gallia, & omnis Africa, & omnis Hispania, & omnis Italia, & omnes gentes qua sunt in Illyrico, atque in oriente & in Ponto, qua cum Romanis consentiunt, aut Romanorum sunt. Unum ergo senem cepisti, & omnes gentes orbis terrarum infestissimas tibi fecisti: fortassis & nobis qui auxilia misimus, qui vicini sumus, qui semper vobis inter vos pugnantibus laboramus. Baetrani, & Iberi, & Albani, & Tauroscythæ Saporis literas non receperunt, sed ad Romanos duces scripserunt, auxilia pollicentes ad Valerianum de captivitate liberandum. Sed Valeriano apud Persas consenscente, Odenatus Palmyrenhs collecto exercitum Romanam in pristinum statum reddidit. cepit regis thesauros, cepit etiam quas thesauris cariores habent reges Parthici concubinas. Quare magis reformidans Romanos duces Sapor timore Balistæ atque Odenati, in regnum suum ocyus se recepit. atque hic interim finis belli fuit Perfici. Hæc sunt digna cognitu de Valeriano, cujus per annos lxx. vita laudabilis in eam conscenderat gloriam, ut post omnes honores

fuis temporibus ad maximum in terris culmen ascendens, cujus per annos LXX. vita laudabilis in eam conscenderat gloriam, ut per omnes honores & ma-

gistra-

honores & magistratus insigniter gestos imperator fieret: non ut solet tumultuario populi concursu, non militum strepitu, sed jure meritorum, & quasi ex totius orbis una sententia. Denique si data esset omnibus potestas promendi arbitrii quem imperatorem vellent, alter non esset electus, &c.

Nam quæ sequuntur usque ad finem, eodem modo scripta erant in libris quibus usus est Casaubonus ut in nostris, nisi quod illi Casauboniani exordii loco ea verba habuere quæ satis constat non esse Trebellii, sed ab aliquo adjecta qui voluit explere, quod deficere videbat, & initium quod deerat, addere. ad id exemplum plane quo hodierno solent artifices antiquis sine capite statuis capita imponere, & pedes manusque mutilatis adfingere, & truncas integrare. sed illa additicia nunc per partes perpendamus.

Ib. *Valerianus imperator nobilis genere, patre Valerio, censor antea & per dignitatum omnes gradus suis temporibus ad maximum in terris culmen ascendens.*] num sane principium, sed non ex more hujus auctoris, aut aliorum qui vitas imperatorum conscripserunt: Spartiani dico, Capitolini & Vopiscii. his, inquam, scriptoribus moris non est aliquem prius imperatorem vocare quam ejus vitam, mores, genus ex parte descripserint, & quibus ex causis ad imperium electi sint, quibus successerint, quid in imperio gesserint. heic nihil horum habes: sed statim *Valerianus imperator*, in ipso limine obtruditur. quæ vero sequuntur de dignitate omnibus gradibus, mutuatus est, paucis mutatis, ex fine libri: *cujus vita per annos LXX. lau-*

dabilis in eam conscenderat gloriam, ut per omnes honores & magistratus insigniter gestos, imperator fieret. at ex tot honoribus & dignitatum gradibus solam nominat censuram. nec miramur. nam solam potuit nominare ex hoc libro. ceteras non potuit, maximam sui partem manca hac historia. at cum multos annos & per tot honorum gradus vitam laudabiliter egerit hic Valerianus, quod etiam infra tetigit Pollio in Macriano his verbis: *capto Valeriano diu clarissimo, principe civitatis, fortissimo deinde imperatore, &c.* nimis quam inane atque adeo sterile hoc initium inducitur, ubi nihil eorum tractatur, vel saltem tangitur, quæ per tot annos, hic clarissimus civitatis princeps, priusquam fieret imperator, gessit. non sunt igitur Pollionis hæc verba, quæ initio leguntur vitæ hujus adtexta, ideoque expungenda. nec melioris notæ sunt, quæ ex suis libris produxit eruditissimus Casaubonus. videtis enim hæc mihi verba: *denique Valerianus regnum Persarum potenter invadens incauto suorum ductu à Sapore Persarum rege captus est.* nonne sordida sunt, & inepta? quæ vero ibidem sequuntur, & ignominiosa apud Persas virtute consenuit, ac infamis officii damnationem sortitus est, &c. partim ex altero Aurelio Victore sunt desumpta, partim inepta & barbara. item illa, statim initio, *Valerianus inter hæc in Rhetia existens ab exercitu est appellatus, efficta videri possunt ex illis Eutropii: hinc Licinius Valerianus in Rhetia & Norico se agens, ab exercitu imperator, & mox Augustus est factus.* ad summum nihil eorum verum genuinumque censemus, sed omnia ab hominibus insulsis adfecta & adfuta; ut sarcirent jacturam ejus partis quæ periit.

I Et per omnes honores & magistratus.] Scri-

gistratus insigniter gestos, imperator fieret: non ut solet tumultuario populi concursu, non militum strepitu, sed jure meritorum, & quasi ex totius orbis una sententia. Denique si data esset omnibus potestas promendi arbitrii quem imperatorem vellent, alter non esset electus. Et ut sciatur quanta vis in Valeriano meritorum fuerit publicorum, ponam senatusconsultum, quibus animadvertant omnes quid de illo semper amplissimus ordo judicaverit. Duobus Deciiis cons. vi. Cal. Novemb. die, quum ob imperatorias litteras in æde Castorum senatus haberetur, ireturque per sententias singulorum, cui deberet censura deferri, (nam id Decii posuerant in senatus amplissimi potestate) ubi primum prætor edixit, *Quid vobis videtur P. C. de censore deligendo?* atque eum qui erat princeps, quum senatus sententiam rogasset, absente Valeriano: (nam ille in procinctu suo cum Decio agebat) omnes una voce dixerunt, interrupto more dicendæ sen-

Scribendum, ut post omnes honores & magistratus insigniter gestos imperator fieret.

GRVTERVS.

1 *Ut post omnes honores.*] Ita Pal. non ut editi, per omnes hon. Ceterum idem liber mirifice distractus est. sumit enim initium ab epistola Belli ad Saporem, pergitque usque ad finem fere capitis septimi; ubi scribit: *Hæc sunt digna cognitu de Valeriano, cuius per annos septuaginta vita laudabilis, &c. quæ habemus cap. 1.*

SALMASIVS.

1 *Et ut sciatur quanta vis meritorum.*] Vetus editio: & ut scias.
4 *Atque eum qui erat princeps, quum senatus sententiam rogasset.*] Scribe ex Pal. & vetere editione: atque eum qui erat princeps tunc senatus.

CASAUBONUS.

2 *Cui deberet censura deferri.*] Hoc

censuræ veteris ultimum & longo intervallo repetitum exemplum. nam conanti Theodosio eam revocare repugnavit ordo amplissimus magisterium respuens, inquit Symmachus: quem lege libro quarto, & quinto.

3 *Ubi primum prætor edixit, Q.]* Erant partes Consulibus: sed jam dixit fuisse tum Cons. duos Decios: habitumque hunc senatum ad litteras imperatorias.

5 *Nam ille in procinctu suo cum Decio agebat.*] Dele suo, quam vocem nec regius agnoscit.

GRVTERVS.

4 *Atque eum qui erat princeps tum Senatus sententiam.*] Est à Pal. nam minus plane antea editi princeps, cum senatus.

5 *Fam ille in procinctu cum Decio tum agebat.*] Sic omnibus apicibus Palat. quippe editi: nam ille in procinctu suo cum Decio agebat.

1 Val-

sententiæ, ¹ *Valeriani vita censura est*: Ille de omnibus iudicet qui est omnibus melior. Ille de senatu iudicet qui nullum habet crimen. Ille de vita nostra sententiam ferat cui nihil potest objici. Valerianus à prima pueritia censor fuit. Valerianus in tota vita sua fuit censor. Prudens senator, modestus senator, gravis senator. Amicus bonorum, inimicus tyrannorum, hostis criminum, hostis vitiorum. Hunc censorem omnes accipimus, hunc imitari omnes volumus. Primus genere, nobilis sanguine, emendatus vita, doctrina clarus, moribus singularis, ² *exemplum antiquitatis*. ³ Quæ quum essent sæpius dicta, addiderunt; OMNES: atque ita discessum est. Hoc senatusconsultum ubi Decius accepit, omnes aulicos convocavit, ⁴ ipsum etiam Valerianum præcepit rogari: atque in conventu summorum virorum, recitato senatusconsulto. *Felicem te* (inquit) *Valeriane*, ⁵ *senatus*

tus

CASAUBONUS.

¹ *Valeriani vita censura est.*] B. Ambrosius: *Juliane vita institutio discipline est, & quedam formula castitatis.* plura ad Lampridii Alexandrum.

³ *Quæ cum essent sæpius dicta, addiderunt OMNES.*] Vopiscus in Tacito: *Hac oratione & Tacitus ipse vehementer est motus, & totus senatorius ordo confusus. Statimque acclamatum est, OMNES, OMNES.* ibidem acclamationes in Tacito hac voce clauduntur: *Tacite Auguste Dii te servant.* deinde OMNES. simili acclamatione in conciliis patrum communis consensus omnium ostendebatur. ut in Ephesinio tertio: *πάντες οἱ ἐπίσκοποι αὐτῶν ἀνεβήσαν. αὐτῶν πάντων αἱ φωναὶ ἑὸν πάντες λέγουσιν αὐτῶν πάντων. ἢ ὁμοῦ.* At vir doctus emendabat, ad id ierunt omnes. quod neque est in antiquis, neque probari debet.

SALMASIUS.

² *Exemplum antiquitatis.*] Libri Casauboni, *exempla.* ipse voluisse vi-

detur *exemplar.* Palatinus habuit, *exemplo.* sed *exemplum,* placet. ut enim *constitatis exemplum* dicitur mulier quæ ad exemplum casta est, & pietatis *exemplum* homo valde pius: sic *antiquitatis exemplum,* homo morum antiquorum, vel probitatis antiquæ retinens, atque adeo observans, ut possit esse exemplo.

⁴ *Ipsam etiam Valerianum præcepit rogari.*] Id est præcepit vocari: omnes aulicos convocavit, ipsum etiam Valerianum præcepit rogari. sic supra in Heliogabalo: *matrem suam in senatum rogari iussit.* in Alexandro: *at statim probatum ad palatium eum rogavit.* honesto autem ac modesto verbo rogari dicuntur, qui non iubentur, sed rogantur ut veniant. notanda igitur hæc locutio frequens apud istos auctores, rogari in senatum, rogari in palatium, pro vocari.

GRUTERUS.

⁵ *Totius Senatus sententia.*] Vox *totius* adjecta à me, suasu codicis Palatini. antea male aberat.

x Totius

tus sententia, imo animis atque pectoribus: totius orbis humani suscipe censuram quam tibi detulit Romana Resp. quam solus mereris, iudicaturus de moribus nostris. Tu aestimabis qui manere in Curia debeant, tu equestrem ordinem in antiquum statum rediges, tu censibus modum pones, tu vectigalia firmabis, divides statum, Respublicas recensebis: tibi legum scribendarum auctoritas dabitur: tibi de ordinibus militum iudicandum est: tu arma respicies: tu de nostro Palatio, tu de iudiciis, tu de praefectis eminentissimis iudicabis. Excepto denique praefecto urbis Romae, exceptis coss. ordinariis, & sacrorum rege ac maxima virgine Vestalium, (si tamen incorrupta permanebit) de omnibus sententias feres. Laborabunt autem etiam illi ut tibi placeant de quibus non potes iudicare. Hæc Decius. Sed Valeriano sententia huiusmodi fuit: Quæso sanctissime imperator, ne ad hanc me necessitas atem alliges, ut ego iudicem de populo, de militibus, de senatu,

CASAUBONUS.

1 *Totius orbis humani suscipe censuram.*] Lege cum præstantissimo Puteano, orbis Romani. non semel in veteribus hic error reperitur: nam & statim pro Romana Resp. habent iidem humana Resp. quod aequè ineptum ac orbis humanus.

2 *Tu vectigalia firmabis, divides statum.*] Regius, *V. firmabis, divides, statues.* Est vero locus hic illustris de veteris censuræ munibus & potestate.

SALMASIUS.

2 *Tu vectigalia firmabis, divides statum, respublicas recensebis.*] Libri Casauboni: *firmabis, divides, statues, respublicas recensebis.* probat hoc ipse, sed ego probare non possum. nec tamen vulgatam lectionem mendo carere arbitror: quomodo vero sit emendanda, illud est nimirum quod ego non videre fateor. legebam aliquando ac distinguebam: *vectigalia firmabis ac divides, statum reip. recensebis. vel*

Tom. II.

etiam expuncto illo *statum*, quod potest videri huc temere translatum ad hæsisse ex præcedente versu: *vectigalia firmabis ac divides, res publicas recensebis.* qui mihi explicabunt quid sit, *dividere statum*, per me licebit retineant vulgatam lectionem.

GRVTERVS.

1 *Totius orbis humani.*] Sic & Palat. neque necesse est mutare in *Romani.* volebant enim Romani sibi subditum, quidquid non esset barbarum, hoc est in quibus aliquid resideret humanitatis, sic in Gallienis cap. 14. ut labem improbissimam, malis fessis Republicæ à gubernaculis humani generis dimoverent. Item in Claudio cap. 4. *Interest eorum qui bonos imitantur Principes, & tutius orbis humani interest cognoscere quæ de illo viro S. C. sint condita.*

2 *Tu vectigalia firmabis, divides statum.*] Sic quidem & Pal. sed non etiam satisfacit. inclinaverim magis in scripturam codicis Regii, *tu vectigalia firmabis, divides, statues.*

M

1 Cui

de omni penitus orbe, iudicibus, & tribunis, ac ducibus. Hæc sunt propter quæ Augustum nomen tenetis, apud vos censura desedit, non potest hoc implere privatus. Veniam igitur ejus honoris peto, cui vita impar est confidentiâ, cui tempora sic repugnant ut censuram hominum natura non querat. ² Poteram multa & alia senatusconsulta, & judicia principum de Valeriano proferre, ³ nisi ea vobis plerisque nota essent, ⁴ ut puderet altius virum extollere, qui fatali quadam necessitate superatus est.

Victus

CASAVBONVS.

¹ Cui vita impar est confidentia.] Vita, à *vũ* βίη, & quod ait poëta, *οἷοι vũ βῆσι ἐστὶ*. confidentia hoc loco est τὸ σωφδός, quod cum bonum est, iudex non metuitur neque censor. sed publica disciplina corrupta, & moribus depravatis, jure ait Valerianus, nullius esse jam tantam in virtute sua confidentiam, ut à censore nihil metuat. hoc verum apparuit Theodosii temporibus, cum iudicio totius senatus repudiata censura est.

³ Nisi ea vobis plerisque nota essent.] Scribe cum regio, nisi & vobis pleraque nota essent.

⁴ Ut puderet altius v.] Scrib. & puder. hæc altera est ratio: duas enim affert.

SALMASIVS.

¹ Cui vita impar est confidentia.] Optime Palatinus: Cui vita impar est, impar est confidentia. nec vita, nec confidentia parem se censuræ gerendæ faceret Valerianus.

⁴ Ut puderet altius extollere qui fatali quadam necessitate superatus est.] Fecerat finem, hæc & in his finem vitæ Valer. patris Trebellius, producto enim senatusconsulto de censura Valeriano deferenda, & oratione Decii, qua eidem Valeriano gratulatus est, ob illum censuræ honorem delatum, voluit ostendere Pollio qualia fuerint hominum de eo adhuc privato iudicia, ne sine causa aut temere pu-

taretur factus imperator, qui merito suo, omnium ordinum voluntate atque consensu ad imperium est vocatus. inde etiam fecit in Claudio hic Trebellius, nam ad finem ejus principis vitæ, epistolas principum de Claudio privato, & senatus iudicia adnexuit, ut probaret non immerito factum esse illum imperatorem, qui talis tantusque omnium iudicio esset habitus, ut videretur dignus imperio. priusquam ad imperium pervenisset. Hinc igitur patet, quam imperite fecerint, qui hunc ordinem turbaverunt, & ima summis miscuerunt, de suo præterea multa addiderunt, quæ nunquam auctor pro suis agnoscat, si revivisceret.

GRVTERVS.

¹ Cui vita impar est, impar est confidentia.] Repetii duas voces, impar est, hortante Pal. quibus ipsis clarissima inducitur lux sententiæ antea obscuræ.

² Poteram multa alia, & judicia & Senatusconsulta, &c.] Sic quoque Pal. non ut editi; poteram multa & alia Senatusconsulta, &c.

³ Nisi & vobis pleraque nota essent.] Ita Regius codex, neque recedit Pal. quam quod is plerisque. editi prius; nisi ea vobis plerisque nota essent.

⁴ Ut puderet altius.] Bene monet noster Casaubonus legendum videri, & puderet.

Ductu

Victus est enim à Sapore rege Persarum dum ¹ ductu
cujusdam sui ducis, cui summam omnium bellicarum
rerum agendarum commiserat, ² seu fraude, seu adver-
sa fortuna in ea esset loca deductus ubi nec vigor nec
disciplina militaris, quin caperetur, quicquam valere
potuit. Captus igitur, in ditionem Saporis pervenit:
quem quum gloriosæ victoriæ successu minus hono-
rifice quam deceret, superbo & elato animo detineret,
³ atque cum Romanorum rege, ut vili & abjecto man-
cipio

CASAVBONVS.

¹ *Ductu cujusdam sui ducis.*] An
Macriani? de quo habes libro de Gal-
lienis, & inter XXX. Pollionis ty-
rannos. ita video affirmari serio in
Annalibus ab illustri scriptore. sed
Dionysius, quo uno teste nititur ea
historia, nihil minus quam hoc dicit
in epistola ad Hermammonem. Ipsa
Dionysii verba velim consulant viri
doctissimi, neque Latino interpreti
nimium fidant: quem sæpe ipsis im-
posuisse observamus.

² *Sed fraude seu adversa fortuna in ea
loca deductus, ubi nec v.*] Non ita Zofi-
mus: qui captum magna sua culpa &
imprudencia scribit. eum lege.

³ *Atque cum Romanorum rege, ut vili
& abjecto mancipio loqueretur.*] Parcit
honoris Romani nominis: nam Sa-
poris contumelia in Valerianum non
intra verba stetit: sed videas Roma-
nos scriptores plerosque dedecus ac-
ceptum dissimulare. Aurelius Victor
ne captum quidem scribit, sed fœde
laniatum interiisse. liberius alter
Victor, captus, inquit, apud Parthos
ignobili servitute consennit: Nam quan-
diu vixit, rex ejusdem provinciæ incurvato
eo, pedem cervicibus ejus imponens, equum
conscendere solitus erat. eadem Orosius
aliis verbis. quæ hac de re leguntur
hoc loco in manu exaratis, adulteri-
na sunt, & aliunde inferta.

SALMASIVS.

¹ *Ductu cujusdam sui ducis.*] Fru-

stra laborant eruditissimi viri quæ-
rendo quis fuerit & quo nomine
dux iste, cujus ductu captus est Vale-
rianus. hæc enim falsa & adulterina
sunt, & ab inepto homine inculcata
majorum nostrorum ætate. quod sa-
tis prodit diversitas, quam libri non
illi quidem vetustissimi, sed tamen
non adeo recentes, in his concipien-
dis exhibent. Palatinus omnium fa-
cile ut optimus, ita antiquissimus, i-
sta non agnoscit: sed nec prima quæ
vulgata est horum auctorum editio,
in omnibus fere Palatino codici con-
cors.

³ *Atque cum Romanorum rege, ut vili
& abjecto mancipio loqueretur.*] Liber
Casauboni: infamis officii donec vixit
damnationem sortitus est, ut ipse adelinis
humi regem semper ascensurum in equum
non manu sed dorso attolleret. quod imi-
tatus est ex Aurelio Victore: Nam
quandiu vixit rex ejusdem provinciæ, in-
curvato eo pedem cervicibus ejus imponens,
equum conscendere solitus erat. idem il-
dem verbis narrat Eutropius, in pas-
sione Beati Pontii, manuscripta, ex
Bibliotheca doctissimi P. Puteani:
Valerianus scilicet imperator in captivita-
tem ductus à Sapore rege Persarum, non
gladio sed ludibrio omnibus vitæ suæ diebus
merita pro factis percepit. ita ut quoties-
cunque rex Sapor equum conscendere vel-
let, non manibus suis, sed incurvato dorso,
& incersice ejus pede posito, equo membra
levaret. non stratoris igitur officium
exhibebat Sapor Valerianus, sed pla-

cipio loqueretur, literas ab amicis regibus, qui & ei contra Valerianum faverant, plerasque missas accepit, 4¹ quarum seriem Julius refert. ² *Sapori, rex regum Belsolus:*

ne vicem stapedis aut scalæ illi in equum ascensuro præstabat. nam stratores dextra manu erigebant equo infessurum, & sustollebant. qui vero inclinator dorsum præbet domino equum conscendenti, non stratoris proprie munere fungitur, sed stapedis, quam & scalam dicebant. Eustathius: τοῦτον δὲ τι καὶ ὁ νεώτερος ποιεῖ, ὅτε ὁ κεληπίλων ἢ δὴνα ῥῶον ἀναβῶναι εἰς ἐφερίδα. καὶ ἀναβῶναι τὸ γὰρ τινὸς ἢ ῥάχης αὐτῆς εἰς ἀναβόλαια γεῖν (ἢ) τῶ κέλῃ. hoc est, dorsum ejus scalæ vicem præbet ascensuro in equum. nam ἀναβόλαιος Eustathio non est strator sed scala. Suidas: ἀναβόλαιος καὶ ἡ ὄψις Ρωμαίοις λεγόμενη σκάλα. diximus supra. tale ministerium obibant olim mulieres κλιμακίδες inde dictæ, ὅτι ὄρεσθαι αὐταῖς μεταπεμφαμέναις αὐταῖς ἐνδοξοῖς γυναιξὶ κλιμακί. ἐξ ἑαυτῶν ἐποίησαν ὅπως ὡς ἐπὶ νεώτοις αὐτῶν ἀνάβαινεν γίνεσθαι καὶ ἀναβῶναι ταῖς ἐπὶ ἀναβόλαιον ὄρεσθαι. Athenaus. eodem contumeliæ genere affectum tradunt Baiazetem à Tamberlane, cum prælio victus in ejus potestatem venisset, quo Valerianus à Sapore. non enim, ut stratores solent, manu eum in equum levabat, sed dorso incurvato ascensurum excipiebat.

CASAUBONUS.

1 *Quarum seriem Julius refert.*] Lego Junius; & Junium Cordum intelligo: quem Capitolinus solo Junii nomine aliquoties designat: tum videlicet, cum non multo ante fecit expressiorem ejus mentionem. idem factum existimo à Trebellio Pollione. sed istud fragmentum est tantum integri ejus libri, non ipse liber, ut ex postremis verbis patet.

2 *Sapori rex regum Belsolus.*] Satis compertum est regem nullum in Oriente fuisse ex historiis notum, cum Parthorum rege comparandum: nam penes hos perditum summum imperium fuit. quos cum Artaxerxes Persa devicisset, Parthorum omnis potentia in Persarum reges est translata. Artaxerxi Sapor hic successit. quis igitur ille Belsolus qui ad Saporem scribens regem regum se nominat? is titulus olim Persicorum, postea Parthorum, deinde iterum Persicorum regum fuit proprius. Quare fortasse scribendum, *Sapori regi regum Belsolus.* Ammianus libro xvii. literarum meminit quas Sapor II. vel III. ad Constantium misit: earum est inscriptio hujusmodi: *Rex regum Sapor particeps siderum, frater Solis & Luna, Constantio Casari fratri meo salutem plurimam dico.*

GRUTERUS.

2 *Sapori Rex Regum Belsolus.*] Pal. *Saporis Rex Regum.* maluissimè repetisse: *Sapori Regi Regum Belsolus.*

SALMASIUS.

2 *Sapori rex regum Belsolus.*] Non ineptam quæstionem heic instituit quærere vir longe doctissimus, cur alius rex quam Persarum hanc regis regum appellationem audeat usurpare quæ solis Persarum regibus dicata quasi debitaque fuit. ego etiam quæro quis hic Belsolus, aut quis rex unquam, vel privatus hoc nomine nuncupatus. Pal. & editio vetus, *Belsolus*, scribunt. supra docuimus, fragmentum vitæ Valeriani in omnibus ab hac epistola cepisse. non mirum igitur si hæc verba, quæ fragmenti initium faciebant, varie sunt distorta vexataque. si sequeretur ipsius Saporis epistola ad alium quam regem, hic titulus optime conveniret;

solus : Si scirem posse aliquando Romanos penitus vinci, gauderem tibi de victoria quam praefers. Sed quia vel fato vel virtute gens illa plurimum potest, vide ne, quod senem imperatorem cepisti, & id quidem fraude, male tibi cedat posterisque tuis. Cogita quantas gentes Romani ex hostibus suas fecerint, a quibus saepe victi sunt. Audivimus certe quod Galli eos vicerint, & ingentem illam civitatem incenderint. Certe Galli Romanis serviunt. Quid Afri? eos nonne vicerunt? Certe serviunt Romanis. De longioribus exemplis, & fortasse ignotioribus nihil dico.

Mithri-

ret; Sapor rex regum, vel solus: ut se regem regum appellet, vel solum regem, quasi omnes praeter ipsum regis nomine vix digni. non alii sane in illis partibus reges, qui hoc superbo regis regum titulo se jactarint. forte igitur scribendum: Saporis regis regum, vel solo. deest enim nomen illius Reguli, qui ad Saporem scripsit. ut ut sit, nec regem regum praeter Saporem alium dictum scimus, nec vel solum ullum sive regem, sive privatum sic appellatum memini legere. quo magis sit mihi verisimilis conjectura nostra, quam non parum & hoc videtur firmare, quod minime adscriptum est, cujus populi rex iste Belsolus, rex fuerit. quod in sequentibus factum est, & sane fieri debuit, ut *Baleris rex Cadusiorum*: & *Artabastes rex Armeniorum*. periit igitur cum reliquis nomen ejus regis, qui misit sequentem epistolam Saporis, & solus titulus remansit Saporis, qui *rex regum vel solus* dicebatur. hoc modo, N. Saporis regi regum vel solo. id mutarunt postea ad hunc modum quo nunc legitur, homines inficeti.

CASaubonus.

1 Gauderem tibi de victoria quam praefers.] Sic scripti quoque. praefere victoriae, locutio insolens, pro qua videmus te efferri. & gauderem tibi, pro *οὐκ ἐχθρὸν αὐτῷ*.

4 Quid Afri? eos nonne vicerunt?] Reg. Quid? Afri eos non vicerunt?

SALMASIUS.

2 De victoria quam praefers.] Verus editio: quam praeferes? nihil tamen mutuo.

3 A quibus saepe victi sunt.] Eadem editio: a quibus nempe victi sunt.

5 De longioribus exemplis & fortasse ignotioribus.] Nostri, & quos vidit Casaubonus: & fortasse interioribus, primo aspectu placebat, exterioribus, quod satis convenire videbatur, cum longioribus. ut negaret se uti longioribus & externis exemplis, cum domestica pane & vicina ad manum essent. sed subtiliori ratione interioribus posse defendi video. nam interius aliquid esse dicitur quod recedit sensim & ad ulteriora pergit. quomodo Graeci *Ὀδύρεσσιν* & *Ἰνδοῖς* usurpant, de iis quae interius recedunt, & ab limine procul absunt. hinc longiora & interiora exempla junctim posuit, quae non adeo sint in propinquo, ut in promptu & ad manum se exhibeant. quae enim sunt a nobis longius distita pauloque remotiora, magis quodammodo recondita nobis sunt, eorumque minorem usurpamus notitiam, quam quae sui vicinitate, sese ignorari non patiuntur. recte igitur longiora exempla etiam interiora esse dixit, quasi magis latentia, & in angulo interiore condita.

GRUTERUS.

6 Et fortasse ignotioribus.] Pak. interioribus, melius, ut puto.

M 3

1 Bala-

Mithridates Ponticus totam Asiam tenuit: certe victus est, certe Asia Romanorum est. Si meum consilium requiris, utere occasione pacis, & Valerianum suis redde: ego gratulor felicitati tuae, si tamen illa uti tu scias. ¹ Balerus rex Cadusiorum sic scripsit: Remissa mihi auxilia integra & incolumia gratanter accepi. sed captum ² Valerianum principem principum non satis gratulor, ³ magis gratularer si redderetur. Romani enim graviores tunc sunt quando vincuntur. Age igitur ut prudentem decet: ⁴ nec fortuna te inflet qua multos decepit. Valerianus & filium imperatorem habet & nepotem Casarem: & quid? Habet & omnem orbem illum Romanum, qui contra te totus insurget. Redde igitur Valerianum, & fac cum Romanis pacem, nobis etiam ob gentes Ponticas profuturam. Artabafdes rex Armeniorum talem ad Saporem epistolam misit: In partem gloriae venio: sed vereor ne non tam viceris quam bella severis. Valerianum & filius repetet, & nepos, & duces Romani, & omnis Gallia, & omnis Africa, & omnis Hispania, & omnis Italia, & omnes gentes quae sunt in Illyrico, ⁶ atque in Oriente & in Ponto, quae cum Romanis consentiunt, aut Romanorum sunt.

CASAUBONUS.

¹ Balerus rex Cadusiorum.] Scripti quidam, Balenus. alii, Belenus.

² Valerianum principem principum.] Etiam Rabbiorum vetustissimi Romanum imperatorem appellant המלך מלכים.

⁴ Nec Fortuna te inflet qua multos decepit.] Regius, te infamet. μη ἐπὸνφ-
δισόν σε ἰθέρτα.

⁶ Atque in Oriente.] Non habet ista regius: & absint melius, propter personas inter quas est hic sermo.

SALMASIUS.

¹ Balerus rex Cadusiorum.] Velenus: Palatinus & editio prima. Velenus, vel Belenus magis probo, quam Balerus.

³ Magis gratularer si redderetur.] Magis gratulor si redderetur.

⁴ Nec fortuna te inflet, qua multos decepit.] Palat. nec fortuna te inflammet. quod non est respuendum. idque etiam praefert editio vetus. infamet vero, quod ex Regio Codice protulit Casaubonus, parum heic facit. *scilicet* & animis inflammati Cic.

GRUTERUS.

¹ Balerus rex Cadusiorum.] Pal. no-
stet facit pro libris eiscriptis, in qui-
bus visitur Belenus; habet enim Velenus,
quemadmodum & supra Velsolus.

³ Magis gratularer si redderetur.] Pal. gratuler.

⁴ Nec fortuna te flet.] Pal. inflammet.

⁵ Et quid habet & omnem orbem.] Pal. & quid ad omnem orbem illum Romanum, qui contra te totus insurget?

⁶ Atque in Oriente.] Sic & Palatinus idem.

¹ Baetria

sunt. Unum ergo senem cepisti, & omnes gentes orbis terrarum infestissimas tibi fecisti: fortassis & nobis qui auxilia misimus, qui vicini sumus, qui semper vobis inter vos pugnantibus laboramus. ¹ Bactriani, & Albani, & 7 Tauroscythæ Saporis literas non receperunt, sed ad Romanos duces scripserunt, auxilia pollicentes ad Valerianum de captivitate liberandum. Sed Valeriano apud Persas consenescente, Odenatus Palmyrenus, collecto exercitu rem Romanam prope in pristinum statum reddidit. Cepit regis thesauros, cepit etiam quas thesauris chariores habent reges Parthici, concubinas. Quare magis reformidans Romanos duces Sapor, timore Balistæ atque Odenati, in regnum suum ocyus se recepit. Atque hic interim finis belli fuit Persici. Hæc sunt digna cognitu de Valeriano, nunc ad Valerianum minorem revertar.

SALMASIUS.

¹ Bactriani & Hiberi.] Bactriani Pal.

Bακτρι & Βακτριαι dicuntur: atque inde Bactrani, & Bactriani.

TREBELLII POLLIONIS
VALERIANUS JUNIOR.

VALERIANUS JUNIOR alia quam Gallienus matre genitus, forma conspicuus, verecundia probabilis, eruditione pro ætate clarus, moribus perjurcundus, ² atque ³ à fratris dissolutione sejunctis, ⁴ à patre absente Cæsar est appellatus, à fratre (ut Celestinus dicit) Augustus. nihil habet prædicabile in vita nisi quod est nobiliter natus, educatus optime, & miser-

CASAUBONUS.

TREBELLII POLLIONIS.] Inducendus hic titulus: pars enim est ejusdem libri.

³ A fratris dissolutione sejunctis.] Nempe moribus, sed scripti, sejunctus.

⁴ A patre absente Cæsar est app.] Quid si absens.

GRUTERUS.

² Atque à fratris dissolutione sejunctis.] Palatinus noster accedit libris in quibus, sejunctus.

⁴ A patre absente Cæsar est appellatus.] Sic & Pal. nemo tamen videt requirere formulam loquendi à patre absens Cæsar, &c.

M 4 I Valeriani.